Fragmentarium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG
Fragm. lat. 187
1
143

principatus armonizando / tympona ci
tharizando / cherubyn et seraphin ym
nizando adque ad eterne divine maiesta
tis tribunal ducendo. Tertio honorabili
ter quia ipse ihesus et totus milicie celestis exer
citus ibidem obviam venit. Unde ieronimus
Quis illud cogitare sufficiat quam gloriose ho
die regina mundi processit. Quanto devo
tionis affectu tota in eius occursum celestium
legionum prodiet multitudo. Quantis
canticis deducta sit ad thronum quam placido
vultu quam serena facie quam divinis amplexi
bus a filio suscepta et super omnem cre
aturam exaltata. Item celestium quisque credendum
est tunc ineffabili le
ticia exultasse et iocunditate ineffabili
caritate et omni gratulatione iubilasse.
Quam felicitas hec hodie nobis revoluta
annua / illis omnibus facta est continua. Crede
quia ipse salvator per se totus festivus occurrit
et cum gaudio eam secum in throno collocavit
iuxta legem. Honora patrem et matrem.
Quarto excellenter. Iohannes. Hec est dies in qua
usque ad thronum celsitudinem inmemorata
mater et virgo processit in regni solio hec post
Christum gloriosa resedit. Beatus gerhardus in suis
omeliis. Solus dominus quia post hanc magnifica
re quemadmodum fecit ut ab ipsa maiestate
laudem continue accipiat et honorem. Hanc an
gelicis stipata choris / angelicis vallata tur
mis / thronum possessa iubilationibus dominationum
circumdata tripudiis / principatuum cuncti
specta obsequiis potestatum amplexata
plausibus virtutum gratia honoribus / cherubin
circumstantiam ymnisationibus seraphin
possessa canticis ipsa trinitas perhennis
tripudio eam adplaudit. Bartholomei

Bartholomeus apostolus yndiam in
gressus que est in fine orbis. Et in

travit templum in quo erat ydolum nomine
astaroth et ibi quasi peregrinus manere cepit.
In hoc ydolo demon hominibus illudebat
responsa dabat / miseros affligebat
et dum adoraret cessabat quasi curasse pu
taret. In presentia autem occulte dei apostolo nichil
hoc facere poterat. Unde quamque civitatis
ydolum nomine berith est requisitum. Qui dixit
id fit propter presentiam bartholomei. Qui
requirentes ei quis est ille bartholomeus
Demon respondit. Amicus dei omnipo
tentis nunc huc advenit destructos. Querunt
formam. Et ille. Capillo nigro et crispo
candida cute / oculi grandes / nares equales
barba prolixa colloboris albo / clavata pur
pura vestit. Induitur pallio albo quod per
singulos angulos gemmas habet purpureas. xxvi
anni sunt ex quo vestes et sandalia eius non
veteraverunt nec sordidantur / centies in die et
centies in nocte flexis genibus orat. Singuli
dei cum eo ambulant qui numquam eum fatigari
nec esurire permittunt. Semper eodem vultu
et animo letus et hylaris perseverat. Omnia previdet
omnia novit omnium gentium linguas loquitur
et intelligit. et quod vobiscum modo loquor ipse
iam novit / si autem vult ipse querere vos
si vero non vult non poteritis eum invenire.
Rogo autem vos ut cum eum inveneritis rogate
eum ne huc veniat. Ne angeli sui mihi hoc
faciant quod iam socio meo fecerunt. Cum
eum per duos dies sollicite quesivissent non inve
nerunt. Quadam die quidam demoniacus
clamavit dicens. Apostole dei bartholomee
incendunt me orationes tue. Cui apostolus.
Obmutesce et exi de eo. et statim liberatus est
Quod audiens polimius rex qui habebat filiam
lunaticam misit ad apostolum rogavit ut
veniret et sanaret filiam eius. Ad quam cum
apostolus venisset et eam catheris ligatam

Colour & Grey Control Chart

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 187, 1r mit Farbkeil – Jacobus de Voragine, Legenda aurea
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-dwzv/254/3118)